

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Magnanimitas h  
cum fonte primo

Magnitudo animi,  
si a communitate humana sit remota,  
feritas quedam erit et immanitas.

Seneca ibidem (de quattuor uirtutibus).

Magnitudo enim animi,  
si a communitate humana sit remota,  
feritas quedam erit et inmanitas.

Itaque,  
nisi ea virtus quae constat ex hominibus tuendis,  
id est ex societate generis humani,  
attingat cognitionem rerum,  
solivaga cognitio et iejuna videatur,  
itemque magnitudo animi  
remota communitate coniunctioneque humana  
feritas sit quaedam et immanitas.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.44  
(M. Winterbottom ed., p.66, ll.8-12).